



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ieremiæ Prophetæ Threni Carmine redditi

Latomus, Jacobus

Antverpiae, 1587

M. Lvthervs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69084)

Quippe tuus nostram volui tibi dicere vaccam
 Occidit taurus, lapsa que lingua mea est.
 Hic Prætor, res est alia hæc respondet. at ille,
 Imo eadem, Iudex, vnaque prorsus, ait.
 Gaudeo, dixisti mihi ius æquumque bonumque,
 Quale sacrae leges, scitaque vestra iubent.
 Sic vater interpres iuris delusus iniqui,
 Iudicij pœnam pertulit ipse sui.

IN OBITVM D. IOAN. COSTERII,
Prioris Martinens. apud Louan.

Costerius iacet hic, satis hoc monuisse viator,
 Nempe quis audito nomine plura roget?
 Sponte tibi hic subeunt niuei, & sine crimine mores,
 Canaque cum summa religione fides.
 Inuictum pectus, nulli penetrabile culpæ,
 Virtutis custos, nequitia que fugax.
 Intentum studiis semper, sanctoque labori,
 Denique per cunctos vita probata modos.
 Arribus in cælum si quis grassetur eisdem,
 Expectet placidum post sua fata Deum.

ADVERSVS ELOGIA QVÆDAM
*conscripta in laudem principum nostri
 temporis hereticorum.*

M. LUTHERVS.

Q Viueris attonitas hominum percellere mētes,
 Quolibet & dictis flectere corda tuis,
 Sparseris & latè diuini semina verbi,
 Ausoniumque fero presseris ore Papam:
 Nil tamen est quod te possit transcribere cælo,
 Quòd tantum Stygiis sint tua grata plagis.